Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8190
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



de saba veniet alla. R. Aurum et thus
deferentes alla. Gla. Psalm.
Deus iudicium tuum regi da: et
iusticiam tuam filio regis. Iu-
dicare populum tuum in iusticia: et
pauperes tuos in iudicio. Suscipi-
ant montes pacem populo: et colles
iusticiam. Iudicabit pauperes populi.
et saluos faciet filios pauperum: et
humiliabit calumniatorem. Et per-
manebit cum sole et ante lunam: in
generacione et generacionem. Descen-
det sicut pluuia in vellus: et sicut
stillicidia stillancia super terram. Ori-
etur in diebus eius iusticia et habun-
dancia pacis: donec auferatur luna.
Et dominabitur a mari usque ad
mare: et a flumine usque ad termi-